



6 Gene 34

ARCHIVES DE LA GRANDE CHARTREUSE



A-5
61 a




CHARTREUSE de CHALAIS

↔ Domus Calesii ↔

(PROVINCE DE CHARTREUSE)



Manuscrits du Ven. Père Dom Palémon BASTIN



Cartusia Calesii.


In historia ms. S. Nicolai Molini. « Domus Calesii, cepit habitari perennibus
S^{to} Hugone Gratianopolitano, ut in ejus vita scribit mortis Surius tom. 2. in vita S^{ti} Hugonis
pag. 474. his verbis: « Invenimus Cartusiae, Calesiensis Abbacia, ex ubi armis, cremes, Regula-
rum Canoniconum, apud miserendum, et apud S^{ti} Georgium, Domus, ipso admittente, coeperant,
ipso spiritaliter et corporaliter fovente profecerant. »

Et Alexander Papa 3 in suo Diplomate in et contra Abbatem Bonoe Vallis, de quo infra
dubitando innuit, quomodo haec domus Calesii constructa fuerat, et dicitur a sanctae recordationis
sancto Hugone. — Cujus autem generis erant primi monachi habitatores Calesii sub aera
Abbatiali, fateor me nescire, nisi essent de numero anachoretarum, id est, heremitarum, de quibus
legitur S^{to} Benedictus, capite 1. suae regulae. Legi in veteri repertorio Cartusiae (cujus originale
consumpsit ignis anno 1611) quod anno 1108 Abbas S^{ti} Jacobi Viennae dederat quendam Decimam
heremitis degentibus in monte super Vorovicum, sub conditione, quod si se transferrent ad alium
ordinem, donatio sit nulla.

Hujus Abbaciae primi aere fundatores Guigo gras primus Delphinus, Comes de Albore
et uxor ejus nomine Mathildis genere Regina, filia regis castellae; in proprio fundo
eam fundaverunt, et terras infra certos terminos et libertatibus dotaverunt anno 1110. Cartus-
que Abbati dederunt pro pace et receptione, et retentione heremitarum recedere volunturum propter
inquietudinem vicinorum. In repertorio Calesii, folio 10.

Andreas Delphinus 1 et Comes Albionis, Palatinusque Viennae anno 1323 venit Cales-
ium in Abbacia Allii, et sui ordinis, ibique audito sermone in capitulo et officio Eclesiastico
devote ac ^{eximie} celebrato, die Assumptionis B^{nae} Dei Genitricis semper Virginis Marice, in
cujus honorem, et B^{ti} Joannis B^{ti} est illa ecclesia dedicata. Post prandium, postulaverunt
Abbas simul et conventus, quatenus amore Christi Abbatiam, haberet in domum, propriam, came-
ramque specialem, quo benigne et cum dilectione multiplici gratiarum, concessio, postulatis addidit
Princeps: Quod Abbas illius loci esset Comes specialis, et proprius Capellanus; et si quando venisset
in curiam, sine pudore, etiam non invitatus, posset interesse convivio, et avenam exigere si
opus haberet, non ut hospes, sed ut Abbas de curia speciali.

Illustrissimus Humbertus Delphinus ultimus anno 1339 gratiose confirmavit facta dataque



huic Domini Calerii per nos predecessores. Constitutus ibidem, inquit, devotis Deo famularis mona-
sticis albis vel Abbate secundum regulam beati Benedicti Regentibus... . *post pauca*...
Succedente vero tempore, et Domino disponente dictum monasterium per varias translationes trans-
latum, finaliter sub legitimo titulo devenit ad Ordinem Cartusiensem. De qua translatione
pudentes, quia dictum Ordinem Cartusiensem diligimus sicut et progenitores nostri dilexerunt.
Hoc Humbertus.

Honorius Papa II confirmat - dona et privilegia huic Domini concessa per *Sanctos* Principes
Guigonem et Andream, sub privatione sacramenti communionis, anno 1124, sicut et Ingenuus
3. anno 1145.


Societatem ergo habebant cum Abbacia et Domo bonce vallis in habitu et victu, unde manda-
tum Apostolicum Alexandri 4 ad Archiepiscopum, Carthaginiensem, ad Episcopum Valentiniensem
et ad Abbatem de Abundantia. Non enim licuit predictis Abbati et fratribus bonce vallis, sine
auctoritate et assensu memorati Episcopi gratiam opolitanae monasterii recipere prescriptam,
Vobis per Apostolicam scriptam mandamus quatenus predictum Abbatem, et fratres bonce vallis
ex parte nostra et vestra sollicito monere curetis, et diligenter inducere, ut in hac parte tan-
quam suae, quam eorumdem Calensium paci procedent et quieti, et fratres suos in prescripto mones-
terio ponant, indeque quantocius non expectato iudicio revocent, et monasterium ipsum in
eodem statu relinquant, ita quo fuit unquam recepisse noscantur. A. x. x. ii.

Prima pactio seu pacatio de antiqua unione facta de Domo Calerii cum Abbacia *Sancti* Theodolii
anno 1256. (A. 10.)

Ac contenti Calensenses, submiservunt se omniaque bona Abbacia *Sancti* Petri Viennensis, qui
sunt monachi nigri: qui monasterio *Sancti* Petri de Besse voluerunt, et subjectum Calerii monasterium
illud institutio, destinatione Abbatis Calerii, pertineret ad Abbatem dicti loci *Sancti* Petri. (Vestib. *Cart.*
215)

Unde post paucos menses et dies, *Rogatus* Dominus Martinus de Vivario monachus *Sancti* Petri Vien-
nensis, Abbas (pauper et inops) Calerii, de consensu *Rogati* Petri Guillelmi Episcopi Valentiniensis
et Diensis, Abbatis dicti loci *Sancti* Petri, et conventus (in quo tunc erant 37 religiosi) vendidit gran-
giam de foresta anno 1298, necessitate compulsus novies centum libris, nobili Aymaro de
Belleville, cum instrumento et contractu gratuito illam redimendi annis 1298 et 1304.

Hoc domus Calerii post dies et nomen sui domus Gyrovagorum; Chamaleonte mutalibon,
versipellis et inconstans; ac pro tempore sese vertens in omnes habitus, nunc mat-albi,
nunc nigri, nunc eremite, Cistercienses, Benedicti; et postea (sicut et ante) Cartusientes.



Unde mandato Apostolico eis Demandatur ne amplius Ordinem mutant. (A. lxi.)

Aliud mandatum Apostolicum, pro observandâ regulâ Abbacie Calesiæ ad unguem.

Abbas Calesiæ erat caput sui Ordinis, et generalis quatuor Domorum, quarum prima erat Abbacia de Bouscondoung in Archiepiscopatu Bradunensi, de anno 1183, quæ usque nunc servavit habitum nigrum, ab ea duce Abbacie.

Decretum inter monasterium, Calesiæ et alia monasteria sub profundata, de anno 1250. A. 8.)


Procurator venerabilis Religiosus monasterii s^{cti} Petri, æque pauper ille Abbas et generalis, cum se conspiceret positum inter malleum, et in eundem, pressumque instar serpentis inter lapides afflictionis et inopiæ, rogavit R^{mo} Petrum, Basensem, Cartusie Priorem, et grangiam, de foresta quæ sub gratia redemptionis vendita fuerat Domino de Bello visu redimeret, quatenus e majori valore proe possit et necessitate subvenire. Convexit itaque pro summa 1300 librarum, et ex una parte hujus pecunie primo suo satisfactorio; atque ita hæc grangia de foresta Domui Cartusie contigit.

R^{mo} Bellicensis Episcopus etiam habuit hæc venditionem.

Ex hac poro venditione prædictæ Abbas ejus quæ monachi non sunt ditiores effecti, sed quotidia deficiebant, cere alieno oppressi detinebantur, eorumque ædificia ad omnem deveniebant ruinam; unde R^{mo} Guillelmus Gratianopolitanus Episcopus, conspicens domum destitutam in monachis, divina cessare officia, vel saltem contemni, ut his malis succurreret, consensu et consilio sui Capituli hanc domum quasi derelictam, univit majori Cartusie anno 1303 nono Kalendas Januarii.

Hujus igitur domus regimen Cartusia suscepit, et in eâ monachum in Priorem constituit, qui cum videret septem annis non obtinere potestatem, tertio anno ab ipsâ unione, salutis vero nocte 1306, Capitulum generale sollicitavit simulque requisierunt Priorem, ^{et conventum} Cartusie, ut dictam domum Calesiæ ab unione et submissione prædictis, de speciali gratia liberarentur, ut pax et uniformitas in eorum ordine servaretur; Hæc tamen quod Cartusia retineat sibi insolutum, de bonis quæ fuerunt dictæ domus Calesiæ, pro mille quædringentis et quatuor viginti libris, præter 1300 libras, quas expendit pro reemendâ grangia de foresta vendita per nigrum monachos s^{cti} Petri foris-portam, Viennensium, mobili Armato de Bellovidere, quando nigri monachi jam dicti domum Calesiæ univertam et subjectionem dictæ monasterio detinebant; pro quibus 1300 libris ordinatum fuit quod dicta grangia de foresta cum suis appenditiis, et pertinentiis universis domui Cartusie perpetuo remaneret. (A. lxxiii.)

Joannes 22. Papa anno 1330 sui Pontificatus anno 15. confirmat hæc unionem ab Ordinario, et de consensu partium factam, necnon et divisionem seu separationem domorum



Cartusiae et Calesi per Capitulum gen. factam, anno 1306,


Abbas titularis Calesi religiosus professor et Nicolaus S^{cti} Petri vicennensis, animadvertens hanc domum nullatenus in Abbatione subsistere posse, sciens etiam unionem Cartusiae factam ab Episcopo ordinario, necnon ab Apostolica Sede confirmatam, praesente Priore predicti monasterii S^{cti} Petri, renunciavit Calesi, illiusque omnibus bonis tam mobilibus quam immobilibus ^(fol. XII)

Perseveravit autem haec domus in illo miserabili statu usque ad annum 1380. Cumque nulla spes melioris conditionis affulgeret, Capitulum gen. ejusdem anni sequentia in Priorum protulit verba: « Sed ad quid? effundant et consumant omnia mea bona; Prior Calesi suscipitur ab officio donec satisfecerit Cartusiae de deditis etc. » in ch. capituli gen. anni 1380

Perseveravit usque ad annum 1580 sed haec domus quasi in extrema necessitate redacta, auctoritate claustrum et literarum unitiviterum Domui Cartusiae in hunc qui sequitur modum: Summus Pontifex Gregorius 13 ad humillimam supplicationem bone memoriae Domini Bernardi Prioris Cartusiae, Ordinisque Ministerii generalis, constitutiones emanavit Apostolicas pro unione parvarum domorum, sub Dat. Romae apud S^{ctum} Petrum, sub annulo piscatoris ultima Aprilis 1575, Pontificatus sui tertio, ~~fol. XII~~ pagina.

Qui postea sub forma Brevis, Romae dat. sub eodem annulo, 20 maii 1581, Pontificatus nono, declaravit fereque omnino destitutam, domum Calesi Gratianopolitanae Diocesis domui aliae Cartusiae univit. — Secretum Capituli gen. ordinis Cartusensis anni 1582, super domo Calesi pronunciatum, et publicatum, in aula domus majoris Cartusiae die 18 maii, ejusdem anni, sedente eodem Capitulo gen^{te}: « Domum Calesi juxta concessionem et indulgentiam S^{cti} S^{cti} nostri Gregorii Papae 13 Domui Cartusiae univimus, ejus Procuratorem constituentem D. Joannem Loesleum, professum Cartusiae, ad mutum R^o Patris omnia tractaturum, et peracturum. Porro ad augmentum Divini cultus R^o Pater pro sua prudentia augetur pro facultate dictae domus numerum monachorum in domo sua Cartusiae » in suo originali de promptu et extractum per S. Matthiam Cortinum, scribam dicti Capituli gen^{te}, die 27 sept. anno quo supra 1582.

Supplex libellus conventus Cartusiae a singulis sub signatus ad Romanum Episcopum ac Principem Gratianopolitanum, conservatorem privilegiorum dictae Cartusiae, ut pro maiori energia Apostolici Brevis, et securitate dicti Ordinis, placeat illi praestantem unionem domus Calesi cum domo Cartusiae, ut legitimum, ratam, habere, atque auctoritate Episcopali et principali confirmare et approbare, Diplomate suum benigne concedere,




Nos Franciscus de Plehard misericordie divinae, et ^{1^{to}} sedis Apostolicae gratia
Episcopus copus et Princeps Gratianopolitanus, Notum facimus universis Christi fidelibus, vobis litteris
S^mi Dⁿⁱ nostri Papae Gregorii Divinae providentia p^p 13... et... vobis etiam supplicati^one dicti
Prioris et fratrum dicti consentus etc... His et aliis rationibus moti, eandem unionem, ab ipso
Priori et Capitulo gen^li factam confirmamus, laudamus et approbamus, et huic unioni consen-
sum nostrum, quatenus opus est, et nos concernere potest impertimur, in quorum fidem has
sigilla nostro Pontificali firmari iussimus. Datum in palatio nostro Episcopali, Gratianopoli
die 29 februarii an. 1584.

Henricus Dei gratia Rex Francie et Polonie, Delphinus Viennensis, Comes
Valentiniensis et Diensis, omnibus presentibus et futuris salutem. Dilecti nostri ac devoti
oratores Religiosi, Prior et conventus majoris Cartusie in statu nostro Delphinici exorauerunt
nobis etc... Notum facimus, consilium nostrum, vobis etiam Summi Pontificis
litteras propterea unionem a Capitulo gen^li postmodum receptam, complectentes, confirmatio-
nem, praeterea illius unionis per Gratianopolitanum Episcopum editam, perlegisse, nec in
ipsis quod sacris repugnet decretis comperisse. Faventes itaque supplicantium precibus,
ex consilio nostri sententia et opinione, unionem illam, conventus Calerii majoris Cartusie
concessam, quantum ad nos spectat, auctoritatem, approbatam, et confirmatam habuimus, et
de nostra certa scientia, gratia speciali, plena potestate, Regio Delphinique imperio
auctorizamus, approbamus et confirmamus, vobis, placetque nobis, ut integre nun-
cietur effectum. Datum Parisius, mense aprili anno 1584, et regni nostri decimo.

Curia, in qua erant Domini computorum, praedictas litteras, quibus suppli-
cantes secundum earum formam, praesentibus approbavit, et statuitque ut in locis suis
promulgarentur. Datum Gratianopoli in Parlamento, 16 Junii, anno 1584.

Quae superius de domo Calerii exscripta sunt, exhibita in manuscripta Ordinis Auctore
Dⁿⁱ Nicolao Molin, erimus. Sed multa praecedentia de eadem domo in nostris Annalibus
referemus, ad quos lectorem remittimus, contenti catalogo Abbatum et Priorum hic
addere. (ita D. Cas. Le Coustulx. par. 2 Cartuside)



Catalogus Abbatum et Priorum Domus Calesii antequam majori Cartusiae adscriberetur.

Garinus Prior 1^{us}

« Sic eremum Calesiensem, cepit incolere circa annum 1108 cum quinque aliis quorum nomina ad eundem annum, in nostris Annalibus dedimus. Et anno 1110 donationem obtinuit multarum terrarum, mox eremo vicinas. Vide eosdem annales ad annum, 1110. » ita catal.

Gaufredus Prior 2^{us}

« Successit Garino et anno 1117 ab Aiminone^{one} de Cornilione quondam, montem, domo accepit, laudante et confirmante donationem, H^o Hugone Episcopo Gratianopolitano, qui consuetudines Cartusiensium, eidem, observari passus erat. Mortuo Gaufredo veteri eremite locum deseruissent nisi auctoritate Comitis Guigonis et Patrum Cartusiensium, jussu retenti fuissent. Vide eosdem Annales ad annos 1117 et 1120. » ita catal.

Bernardus Prior 3^{us}


« Hic per quadriennium, Institutum, Cartusiensium, cum suis observavit, et multas gratias a H^o Hugone obtinuit. Vide ad annum 1120. » ita catal.

Bernardus Abbas 1^{us}

« In Priore Abbas constituitur a H^o Hugone et ab Honorio Summo Pontifice confirmatus. vitam cenobiticam, in eremum Calesiensem, induxit, constitutiones novas composuit, quibus se subdidit Roscaudunenses Religiosi. Vide annales ad annum 1142. Postquam Bernardus triginta circiter annis Abbatem, cum omni laude gubernasset ad Episcopatum, Valentiniensem, electus in eo mortuus est. Vide an. 1154. » ita catal.

Beraldus Abbas 2^{us}

« An immediate Bernardo successit non reperi, constat tantummodo sub ejus regimine regulares, disciplinam, in hac Abbacia multum titulasse, ut ex his quae in Annalibus dicimus



ad annos 1177 et 1179 manifeste apparet. In archivis reperitur tantum ad annum 1176. sicut et al.

Gruntardus Abbas 3^{us}

« Circa haec tempora Gruntardus emit grangiam, foresterie. sicut et al.

Guigo Abbas 4^{us}


« Monachus professus hujus domus deinde Abbas 1^{us} Boscodunensis et Lurensis non solum collatam disciplinam confirmavit, sed obtinuit ut domus Calensi, ut caput novi Ordinis ab aliis domibus haberetur, quae idem institutum, ampliatas fuerant, ex annalibus ad an. 1182. Multa a Delphinis et Sabaudie Principibus obtinuit. Primum, quoque Abbatem fuisse Lurensis monasterii discimus ex litteris Guillelmi Comitis Forcalquerii apud Sammarthanos originem ejusdem Abbacie sic describentis:

« Ego Guillelmus et... recognosco quod in tempore adolescentiae... donavi locum de Lura ad edificandam ibidem ecclesiam... et ad institendam ibi Abbatiam secundum Ordinem Calensium, a v^{ro} Hugone (Catholico) huius copo quondam institutum. Haec autem Donationem, factam in praesentia multorum testium... postea factus juvenis, et annorum quadraginta iterum, volui confirmare in manu Domini Guigonis (heredem videlicet Hugonis) Abbatis Calensium monasterii, in cuius manu primam Donationem similiter feceram, cum esset Abbas tunc Boscodunensis monasterii quod prius ipse contraxerat. Postea vero idem ipse edificavit monasterium de Lura, et fuit primus Abbas utriusque monasterii. Ad ultimum reductus est ad Calensium monasterium, et Abbas ibi factus: cum visitaret postea monasterium de Lura, veniens ad nos rogavit ut iterum in manu ejus monasterium de Lura et omnes terras postea eidem monasterio acquisitas concederem, etc... Facta fuit confirmatio ista anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo nonagesimo primo (1191) mense novembrii.

sicut et al.

Johannes Abbas 5^{us}

« Multa privilegia obtinuit a Papa et a Delphino, ^{videlicet} quae ad annum circiter 1264 (videlicet 1224 cum clausula monte). Sed temporalibus usque ad dictum quae spiritualibus de primicia sanctitate multum remisit. sicut et al.



Guigo Abbas 6^{us}

« Anno 1225 Guigo vel Hugo controversiam composuit ortam inter Abbatiam et
Johannem Faica de Lubone super quibusdam rebus paulo ante Abbati Johanni venditis. » ita catal.

Stephanus Abbas 7^{us}

« Huic Beatrix uxor Guigonis Andree Delphini dedit ad usum Abbacie insulam dictam de
Rauinas anno 1230 pro mo anniversario. Anno 1231 Godefridus de Moynence donationem
profectae in ulce approbat et confirmat. Biennio post, id est anno 1233, idem Stephanus Abbas
emit ab Elizabetha uxore Girardi Fabri de Abiril'ello quandam vineam, » ita catal.

Richardus Abbas 8^{us}

« Anno 1248 Humbertus et Guigo de Viviano dant et remittunt Abbacie in manu
Richardi Abbatis censum triginta solidorum, quem dicta Abbacia eis singulis annis debet et.
Anno 1258 idem Abbas Richardus quendam censum, moe Abbacie debitum, in parochia S^{ti}
Sexti permutat cum quadam vinea in mandamento Voreppe que pertinet ad Guillel-
mum Gillaberti. Postea abdicavit et rursus profuit. » ita catal.

Isnardus Abbas 9^{us}


« Anno 1260 Isnardus Abbas allegat Petro Arenay quendam terram in Layaz.
Anno sequenti in quibusdam litteris nomen illius reperitur et Richardus quondam Abbas
Calesii erat arbiter inter Isnardum profectum et Abbatem S^{ti} Petri extra portam, Viennae
nomine Humbertum. » ita catal.

Richardus Abbas 10^{us}

« Anno 1268 Isnardus de Prato, Joannes et Petronilla de Prato cedunt Richardo Abbati
octo solidos censuales sibi ab eadem Abbacia debitos. » ita catal.

Rostannus Abbas 11^{us}

« Anno 1271 Rostannus Abbas Calesii unam transactionem subscripsit. Anno 1275
idem Rostannus recepit donationem cujusdam vineae prope Cellerarium, idem Abbacie per
Guigonem Bouina factam. » ita catal.



Guillelmus Abbas 12^{us}

11 Anno 1279 Guillelmus Abbas transigit pro molendinis cum Symone et Guigone Mieri.
Anno 1281 Comitissa Albonis duo fundat anniversaria in dicta Abbacia. Ita catal.

Guigo Abbas 13^{us}


12 Rodetus vicarius de Moyreco confitetur se debere Guigoni palastri Abbati Calesii et
Priori Ysidorii triginta solidos: actum anno 1284. Anno sequenti Index Comitatus Vien-
nensis litteras tutelares concedit pro terris Calesii et Prioratus S^{ti} Ysidorii. Anno 1287 Boni-
facius de Mabillo confirmat donationes sive venditiones a suis antecessoribus Abbaciae
factas. Ita catal.

Martinus de Viriaco Abbas 14^{us}

13 Monachus S^{ti} Petri Viennensis, ultimus Abbas, bona alienavit, unde Abbacia in
incitas redacta pluribus variorum ordinum Religiosis ab Episcopo Gratianopolitano oblata
est. Sed cum nullus repertus esset qui eam propter ejus paupertatem, vellet in se recipere,
tradita est Cartusienibus. Ita catal.

FINIS

Catalogi Priorum et Abbatum.



Catalogus Priorum Cartusiae Calesiensis post suam unionem.

D. Simeon de Alaunesco Rector. 1^{us}

« Monachus professor Cartusiae Abbatiam Calesii nomine Bosonis et conventus Cartusiae recepit anno 1303. » ita cetera.

D. Aymo Prior. - 2^{us}

« Institutus anno 1304 a Bosone Priore Cartusiae ea conditione ut domus Cartusiae immediate subiectus est cum sua domo. Sed anno 1306, consentiente Cartusiae conventu, Capitulo generali et eius correctioni sicut ceterae domus Ordinis submissa fuit. In litteris et instrumentis Aymo cognominatur aliquando de Plantata aliquando de Augusta. » ita cetera.

D. Petrus Faverii Prior. - 3^{us}

« Anno 1307 albergavit grangiam de Ras. Anno 1308 Guillelmus Episcopus Gratianopolitanus quosdam redditus sua auctoritate univit novae Cartusiae, Petrus Faverii Priore praesente. Anno 1309 Petrus Faverii Prior cum Priore S^{ti} Ysidori quosdam fecit transactiones. Adhuc procebat Petrus annis 1310 et 1311. » ita cetera.

D. Humbertus de Mayllis Prior. - 4^{us}


« Anno 1311 Castellanus S^{ti} Laurentii sententiam per migrationem Calesiensis Cartusiae ad requestum Humberti de Mayllis Prioris. » ita cetera.

D. Petrus de Castanea Prior. - 5^{us}

« Procebat anno 1314, quo Ioannem Pallati inestit de vicaria sita in mandamento de Voreppe. » ita cetera.

D. Petrus de Chayssio Prior. - 6^{us}

« Anno 1315 Petrus de Chayssio Prior tenementum sappeit albergat Petrus Balmesii. Anno 1316 idem emit grangias et possessiones de Ras; et anniversarium concessit cuidam Canonico Gratianopolitano qui dederat libere summam librarum. Anno 1317 quosdam



terras albergavit. Et cum Priore de Voreppa transigit de decimis quarundam terrarum
habet.

D. Joannes de Morgia Prior - 7^{us}

« Anno 1318, mense martii Joannes de Morgia composuit cum Priore de Voreppa et
transigit pro quodam centu decem librarium et decimis quarundam terrarum. » ita et al.

D. Joannes de Gignaco Prior - 8^{us}

« Eodem anno scilicet 1318, mense novembre erat Prior S. Joannes de Gignaco ad
cujus instantiam multi profuerunt possessiones quas habent circa callerarium, et alia degen-
dentia. » ita et al.

D. Pontius de Charysio Prior - 9^{us}

« Moderabatur anno 1320, quo ad ejus instantiam Episcopus Gratiunopolitanus plures
litteras sive instrumenta domus suo sigillo corroboravit. Fuit Pontius Prior domus Dur-
bonis anno 1319. » ita et al.

D. Petrus de Charysio Prior - 10^{us}

« Anno 1321 ad statum Bonati recepit Joannes, Reclusi qui se et bona sua domui
Calcei dederat. Anno 1322 idem concordiam fecit cum Priore de Voreppa per capitulum
gen. ejusdem anni confirmatum. Anno 1323 investivit Guillelmum Girardi dequadam
terra ad fontem Volayes. » ita et al.

D. Pontius de Charysio Prior - 11^{us}

« Eodem anno 1323 Guillelmus Petri Pontio de Charysio Priori remittit quendam terram
quae fuerat albergata Johanni Tabri. Anno 1324 idem Pontius plures chartas renovavit.
Et anno 1325 albergavit molendina du pangeas et erat conerius Calcei Joannes Charysii.
Postea idem Pontius secundo profuit domui Durbonensi. » ita et al.

D. Guillelmus de Montemajori Prior - 12^{us}

« Eodem anno 1325, mense Augusto Guillelmus de Montemajori Prior Calcei nominatus
executor testamenti Paquemeti Girardi de Layser habitatoris de Voyron, qui terras

3

←

the

at

ad

quoddam, reliquit domui pro suo annuatario. Huius tunc procurator Petrus S. Petrus Alardi. Et quidam, alter Guillelmus de Monte majori erat ministerialis domus Calesii ut ex quibusdam litteris datis anno 1331, patet. » ita et al.

D. Johannes de Crimiaco Prior - 13^{us}

« Anno 1327 huius Priori Hugo Chayssi Donatus Calesii dedit vineam, in rivo Archeti cum quibusdam aliis bonis, Petrus Alardi adhuc erat procurator. Annis 1328, 1329, 1330 et 1331 nomen eius reperitur in variis tabulis. Anno vero 1331 Guillelmus Taverni erat corerius domus Calesii. » ita et al.

D. Johannes Chayssi Prior - 14^{us}


« Quondam corerius huius domus erat Prior anno 1332, quo quoddam, decimas in alter-gomentum accepit a Prioro de Voreppe et erat tunc procurator Petrus Alardi. Anno 1333 Guillelmus Taverni erat corerius. In lib. capituli gen. anni 1338 ponitur obitus Johannis de Corso, civis Gratianopolitani, qui fecit haeredem domum Calesii omnium bonorum suorum. » ita et al.

D. Johannes a Santo Torio, Prior - 15^{us}

« Anno 1333, pacem inivit cum Petro de Orini occasione cuiusdam controversiae ortae inter utrumque de prato in Broderia. Anno 1334 Johannes Chayssi erat corerius et Petrus Alardi procurator. » ita et al.

D. Johannes Chayssi Prior 16^{us}

« Iterum proest ex coreris, et anno 1335 quoddam redditus emit a Johanne Petiti, et erat procurator Petrus Alardi. Anno 1336 idem Prior quoddam redditus et vineas comparavit, et ab Humberto Delphino quoddam, etiam bona obtinuit in recompensationem, damnorum, quae domus Calesii a militibus passus fuerat. Adhuc proerat annis 1337 et 1338, quo impetravit a Magistro Humberto Clerici Canonico Brodunensi omnia jura quae dicitur Canonici proest et al. in montem S^{ti} Martini. Anno 1339 confirmationem, et extensionem, privilegiorum, a Delphinis concessorum, ab ipso Humberto Delphino obtinuit. Petrus Alardi semper procurator. » ita et al.



D. Johannes de Gignaco Prior 17^{us}

« Anno 1340 curavit costularium fieri et scribi a Johanne de Tomadia Notario Pemon-
rum, Calesi, et eodem anno, mediante Petro Alardi procuratore, multa acquisivit, rucos
anno 1341. Anno vero 1342 Aymo Comes Sabaudie fundat unum anniversarium die 25
Julii per obsequium, » ita cetera.

D. Guillelmus Fauverii Prior 18^{us}

« Anno 1343 quasdam portus terre et tyberum comparat a Johanne Bonelli. Anno
1344 Amedeus Comes Sabaudie privilegia ab Aymone data confirmavit. Anno 1345,
10^{us} Prior honorem accepit a Paqueto Panagiani, » ita cetera.

D. Johannes de Verdelayco Prior 19^{us}


« Anno 1346 Guigo Chalveton veniam petit a Priore quod ligna scideret in montibus Calesi.
Et eodem anno Johannes de Verdelayco Prior albergat Petrus de alloni Domicello Martinstuz
in Vallenciria. Anno 1348 Petrus de Lanberis et Guillelmus de Gebenna fuerunt procuratores
domus Calesi. Et in charta ejusdem anni (1348) ponitur inter mortuos D. Joannes de Versonay
Prior Calesi. Ad videtur esse idem cum de Verdelayco. Anno 1350 Johannes de Verso-
nay proceperat domum Tomeri et anno 1359 (le muf rassemble beaucoup à un o) domum Bonifas
in cuius catalogo cognominatur de Verdelayco ^{Versenay} » ita cetera.

D. Petrus Salomonis Prior 20^{us}

« Anno 1350 quasdam terras permutat in Rivolyria et in Ambarcia cum Andrea
Bonelli. Et eodem anno Pleuria Randana uxor Johannis de Pamato anniversarium
fundat. 1351 quoddam fratrum emit. Annis 1352 et 1353 adhuc proceperat Petrus
Salomonis, » ita cetera.

D. Petrus Reimberti Prior 21^{us}

« Anno 1358 Raymundus Prior Bonifidii presens in comitiis generalibus Petetur
recepisse a fratre Petro Reimberti Priore Calesi duos florenos auri boni fieri et legalis
ponderis, in quibus dicta domus Calesi ex certis causis domus Bonifidii tenetur.
Anno 1359 Carolus Delphinus dat Calesiensi cartularia quendam redditum quem requirebat



Castellanus Voreppe, et ante duos annos. v. d. obit 1357. Idem Carolus Delphinus declaravit quendam montem, hactenus Calesii Cartusiae deputatum, de jure dictae Domini pertinere. Anno 1362 adhuc procebat Petrus Reymberti. » ita cetera.

D. Jacobus de Tabula Prior - 22^{us}

« Fuit Vicarius Pictimollis. Anno 1364 albergavit Jacobo Anteti filio Guillelmi Decem journalia tenete. Anno 1365 somnum cum tenemento acquisivit versus portum de Vorei. Anno 1366 et sequentibus et anno 1370 Jacobus procebat, sed eodem anno vel obit vel cessit. - Idem Prior per ch. anni 1369 Jura corripitur: « Ut quia, sunt verba chartae, frequenter fuit monitus ut gratiosus et humanus se haberet in hospitibus recipiendis, et male se emendavit, non comedat fitantiam, quando cumque erit in cellario suo usque ad festum s^{cti} Michaelis, nisi i presentibus hospitibus Religiosis et honestis visitacione.

D. Petrus Genesii Prior - 23^{us}


« Anno 1370 Petrus Genesii Prior Calesii plures terras albergavit, et anno 1372 transactionem fecit cum Johanne Grayati ratione cuiusdam vineae versus cellerarium. Eodem anno albergavit moleandina de Valle Meyreria. » ita cetera.

D. Jacobus Beschise Prior - 24^{us}

« Fuit Prior anno 1376 quo concordiam facit cum Beatrice Petri Gallonid v^{idua} ratione cuiusdam vineae versus cellerarium. Anno 1377 ordinationem obtinuit, qua ei permittitur vendere vinum tempore Banni. Anno 1379 similem licentiam impetravit a Vicecellario Griswandani. Eodem anno Johannes Grateri erat procurator. Anno 1380 per ch. Capitulum suspenditur ab officio donec satisfecerit Domino Cartusiae saltem de debitis contractis tempore dicti Domini (nempe Guillelmi) et predecessoris sui Domini Helisarii. Anno 1381 albergavit Johanni Gardiniⁱⁿⁱ quosdam possessiones sitas apud Voreppe. Anno 1388 videtur adhuc profuisse. » ita cetera.

D. Jacobus Parisiensi Prior - 25^{us}

« Anno 1393 controversiam dirimit motam contra quosdam habitatores s^{cti} Juliani qui ligna sivebant in montibus de Puffors. Anno 1397 adhuc procebat, et per chartam,



Capituli gen. anni sequentia (1398) absolutur. Ad eum referuntur reseranda quae per ch. anni 1392 contra Priorem Calesii decernuntur: « cui in iungitur quod vacet et intendat plus solito circa spiritualia; et alter amodo solvat omnes creditoribus, quod non habeant causam inquirendi de ipso, » ita et al.

1398 ad 1402. — D. Johannes Tornerii Prior. — 26.

« Absoluto Jacobo sufficitur per eandem chartam (1398) monachus maioris Cartusiae pro qua eodem anno erat diffinitor Capituli gen. Anno 1399 albergoit Joanni Neyroud viginti tornalia terre in parochia de Somniers, et eodem anno Johannes Garcini erat procurator. Anno 1400 emit a nobili Johanne Guerre redditum, quatuor bichetorum frumenti. 26 annis obitus reperitur in ch. anni 1402. » ita et al.

1402 ad 1403. — D. Jacobus Beschie Rector. — 27.

« Inat Rector anno 1402 quo censum septem bichetorum frumenti emit a propeato viro nobili Johanne Guerre, et eoram eodem Rectore anno eodem, quidam habitatores parochiae de Somniers multas possessiones confitentur se tenere a domo Calesii, » ita et al.

1403 ad 1404. — D. Guillelmus Pilosi Prior. — 28.

« Huius institutio legitur in ch. anni 1403 his verbis: « Domus Calesii proficiamus in Priorem D. Guillelmum Pilosi nuper absolutum a Prioratu de Angionis, qui in cellario ejusdem domus Calesii, ut sui predecessores consueverunt, moram non contrahat, sed in domo superiori, et in divino officio cum suis resideat; » eodem anno emit a viro nobili Rodulpho de Comeris quemdam censum, quem recognoverat Bartholomaeus Fabri Leprosus de Ste Martino, et in litteris Prior vocatur Guillelmus de Pillostis, quem tamen non solum in charta Capitulari sed in tabulis domus Angionis semper cognominatur Pilosi. Anno 1404 iterum per ch. ei in iungitur ut magis solito in domo superiori conversetur, nec sine necessitate cellarium frequentet, qua necessitate quantocius completa, ad domum ascendat, nec passim lites et placita moveat sicut hactenus consuevit. Puello post abdicavit. De eo vide in domo Angionis, » ita et al.

Fuit Definitio anno 1394.

1404 ad 1414. — D. Martinus de Otthono Prior — 29^{us}

« Vice officium Rectoris et Vicarii simul tenuit et anno 1404 transiit cum nobili Claudio Postagni de censa unius bicheti etc., et sic perseveravit usque ad annum, 1408, quo per ch. Capitulum in Priorem instituitur. Reperitur in tabulario domus ad annos 1408, 1409, 1410, 1412, 1413 et 1414, quo anno ad importunam sui instantiam, ut loquitur charta, abolebitur, et in eadem domo remansit. » ita cetera.

1414 ad 1420. — D. Bartholomaeus Dunos Prior — 30^{us}

« Proficitur per ch. anni 1414 tunc simplex monachus in domo Vallis clusae. Et eodem anno Johannes Prior Vallis S^{te} Margonis et Martinus de Otton quondam Prior Calesii sententiam ferunt inter eandem domum et majorem cartusiam de montibus surse et Urs crice. Proficit usque ad annum, 1420 quo per ch. Capitulum, transfertur ad regimem Sylvae. Huius obitus reperitur in ch. 1428, olim Prior Vallis clusae et Boni loci et Vicarius Salutarum. » ita cetera.

1420 ad 1424 D. Claudius Passivi Prior — 31^{us}


« Professus et Vicarius domus Awerice, Prior Calesii destituitur per chartam anni 1420. Et laudabiliter gubernavit usque ad annum, 1424 quo de consuetudine mortuus, ita cetera.

1424. — D. Anonymus Rector — 32^{us}

« De ortuo Claudio Passivi quidam Rector nominatur, cui per ch. anni 1424 fit mentio, cuius nomen non reperitur in tabulario. » ita cetera.

1424 ad D. Andreas de Topello Prior — 33^{us}

« Huius institutio his verbis legitur in ch. 1424: « Rectori S^{te} Calesii fit mentio et proficimus in Priorem dictae domus S. Andream de Topello professum S^{te} Cartusiae: cui iungitur et ceteris Prioribus successoribus suis, ne in cellario dictae domus morari faciat nisi necessariam, sed expleto negotio, quod eius presentiam requirit, eadem dicti possibile est, ad domum superiorem redeat; nec etiam monachis dictae domus liceat illic descendere. » et ordi proficit ut ex successore patebit. Proficit tamen, nam in ch. 1453, ubi designatur mortuus, dicitur quondam Prior Calesii. Postquam



absolutionem, in eam certasiam, repetit, ubi in solitudine decessit anno 1458. Die
13 et 24 novembris, habuitque ammissos animum, per tot ord. » ita catal.

D. Johannes Malisseti Prior - 34^{us}

11 Professor D. Parisiensis olim, Prior Bellitaria, unde videtur ad hanc domum, regendam,
evocatus circa annum 1424, nam dictae Domui Bellitariae proceerat anno 1423.
Et in tabulario Calesii duo sunt instrumenta data anno 1425, quo plures terras abbergerit.
(consulenda sunt hujusmodi instrumenta ut ex dictis in eis annotatis certius tempus Prioratus Johannis
Malisseti colligatur - si le bonverra aintend). Postea absolutus proceerat ad Domum Vallispaef
- unde tandemque solitarius decessit, ut colligitur in ch. anni 1440, in qua etiam dicitur
quondam Prior Tomus Proter sive licensis. » ita catal.

1425 ad 1427. - D. Johannes Charigniaci Prior - 35^{us}

11 Priori Calesii p^{ri}mita, et proficinas ibidem, in Prioratu D. Johanne Charigniaci
professum D. de ontis merulox ex ch. 1425. Videtur profuisse usque ad annum 1427 quo
per ch. Priori Calesii p^{ri}mita, de eo nulla mentio reperitur in tabulario. Quis obitus
signatur in ch. anni 1430, ex qua iterum constat eum profuisse huic Domui, et obisse in
domo hujus professionis de ontis merulox. » ita catal.

1427 D. Petrus Chapusii Prior - 36^{us}

11 Monachus professor D. Bellionis, Prior Bellionis, instituitur per ch. anni 1427.
Sed diu non profuit, postea iterum proficiendus. » ita catal.

D. Joannes Auterii Prior - 37^{us}

11 Professor Cartensis profuit circa haec tempora, nam in ch. anni 1432 professio
D. Michaelis Alamani facta in manu D. Joannis Auterii tunc Prioris Calesii confir-
matur. Fuit etiam Joannes Prior Caturci, ut habetur in ch. 1451, » ita catal.

D. Petrus Johanneti de Clusis Prior - 38^{us}

11 Hic anno 1427 (consule originalia ut ex die colligatur an Petrus Chapusii accesserit ad Prio-
-ratum eo tempore - imputat) alberget Petrus Sollet et Johannem filio ejus quondam

Calci N: 3 R^m

3
1
2
2

partes ad partem et terras in parochia de Vasseppe in parate Girard in cartieris et in campo longo. Anno vero 1428 idem Prior investivit Guillelmum Ferrerice de quadam terra in parochia de Somiers. Anno 1429 per chartam Capituli gen. absolutus est et mox dicebatur de a catal.

1429 ad 1430. — D. Petrus Chapusii Prior — 39^{us}

« Item proficatus per ch. anni 1429 quae sic habet: « Priori Calesi fit mita et proficimus idem D. Petrum Chapusii professorem bellionis. Et D. Petrus absolutus non recedat a dicta domo Calesi quousque successor venerit, et eum informaverit de statu dictae domus. » Aliquot tantum mensibus profuit Chapusius et obiit signatus in ch. anni 1430, ubi dicitur quondam procurator monialium, Poletensium. » Ita catal.

1430 ad 1431. — D. Anonymus Rector — 40^{us}

« Post mortem Chapusii quidam Rector nominatus, cui per ch. anni 1431 facta est mita, nec aliud quidpiam de eo nosse potuimus, nisi fors an sit D. Joannes Cusini qui eodem anno erat sacrista et procurator, a quibus officiis turpiter anno 1432 dejectus est. » Ita catal.

1431 ad 1432. — D. Guillelmus de Rivoigne Prior — 41^{us}

« Rectori Calesi fit mita. Et Guillelmum Romyo nuper absolutum domo Bonsefiei proficimus in Priorem dictae domus ex ch. 1431. In tabulario domus semper cognominatur Rivoigne et hoc anno et sequenti quosdam redditus acquisivit. Per ch. anni 1432 mitam obtinuit. Eius obitus legitur in ch. anni 1446 ubi dicitur quondam Prior Vernoe, Bonpessus, et aliarum domorum, ac vicarius monialium, Bertaudi et Trismollis. » Ita catal.

1432 ad D. Joannes Gautereti Prior — 42^{us}

« A vicariatu monialium Bertaudi absolutus per ch. 1432 Prior nominatus Calesi et invenitur in tabulario ad annos 1432. 1433. 1434. 1435. 1436. 1437. sub eo fuerunt procuratores anno 1432 Joannes Michaelis et anno 1434 Guillelmus Symonini. Postea absolutus in domo Repusatorii hospitalis est usque ad annum 1444, quo factus est vicarius Partis Dei. Eius obitus habetur in ch. 1464, ubi dicitur monachus professor et alias Prior domus Portarum et Prior hydrae benedictae et Vallis Noe Mariae. » Ita catal.

5

5.

2

1/2

3

4

D. Guillelmus Symonini Prior 43^{us}

« Professor Montis mense Deinde procurator Calasii annis 1434 et 1439, quo anno paulo post ad Prioratum erectus est, et deinde translatus ad regimen D. Portorum, et monialium, Solaten- sium, tandem solitudinem Montis mense repetiit, ubi in pace quiescit anno 1470 die 19 februarii ita est.

D. Johannes Odomari Prior - 44^{us}

